

Martin Lupáč, Pfarrer von Klattau, und alle übrigen Priester an NvK.¹⁾ Da der Kardinal alle Bewohner des Königreiches Böhmen zum Gehorsam aufgefordert habe, antworte er ihm als gehorsamer Diener der Kirche. Jede Gehorsamspflicht habe aber Grenzen, da Gott mehr zu geborchen sei als den Menschen. Also ist auch die Autorität des Papstes Gott untergeordnet, dem allein unbedingter Gehorsam gebühre, zumal die Geschichte lehre, dass auch Päpste irrten oder gar zu Häretikern wurden. Auf dem Konzil von Basel habe man den Böhmen keinen Irrtum nachweisen können. Daher sei der Kardinal für seine Legationsreise schlecht vorbereitet, wenn er nun die Meinung so vieler Gelehrter beiseite schiebe und die Böhmen als Häretiker bezeichne. Offensichtlich habe NvK den Sinn der Kompaktaten nicht verstanden und gebe von einem falschen Kirchenbegriff aus. Der Empfang der Kommunion unter beiden Gestalten erfolge zwar außerhalb des allgemeinen Ritus, aber in der unbedingten Einheit mit der Kirche. Der Kardinal möge daher beachten, dass der Kirchenbegriff in zweifacher Hinsicht zu verstehen sei, was zu einer neuen Beurteilung der Kompaktaten führen werde. Es folgen scharfe Anklagen gegen Johannes von Capistrano, der nur polemisiere, sich ganz hinter die Autorität des Papstes zurückziehe und offensichtlich nicht in der Lage sei, mit Argumenten eine Auseinandersetzung zu führen.

Kopie (gleichzeitig): OLMÜTZ, *Bibliotheca Cathedralis*, Ms. C.O. 410 f. 146^{rv}. Zur Hs. M. Bobáček, *Rukopisná sbírka němebo Právnicka a biskupa Bobuše ze v universitní knihovně Olmoucké*, in: *Sborník historický* 7 (1960) 103-106; J. Bistrický u.a., *Státní Archiv v Opavě III*, Prag 1962, 138.

Druck: F. M. Bartoš, *Cusanus and the Hussite Bishop M. Lupáč*, in: *Communio Viatorum* 1 (1962) 41-44.

Tschechische Übersetzung: A. Molnár, *Husitské manifesty*, Prag² 1986, 218-225.

Erm.: Bartoš, *Cusanus* 37ff., Hallauer, *Glaubensgespräch* 66-68; A. Molnár, *The ideological significance of Hussitism*, in: *Communio viatorum* 31 (1988) 122; Senger, *Ecclesia mathematica* 396.

Reverendissimo domino cardinali ad vincula sancti Petri, domino Nicolao, legato a latere domini pape, Martinus, rector ecclesie Clatowiensis, et omnes reliqui Christi sacerdotes ibidem illuminatos oculos habere in lege domini et magnificationem eius fideliter procurare.

Cum et ipsi simus de inhabitantibus regnum Bohemie, e quibus vobis in materia prestande obediencie
5 simpliciter absque pacto et condicione per missum vestrum²⁾ responderi cupistis, et ipsi pro nobis
respondere contumaces non fuimus, sed tanquam ‚fili obediencie³⁾ matris nostre sancte Romane
ecclesie, que semper immaculata permansit et in futurum permanebit⁴⁾ absque omni hereticorum
insultacione, respondemus et dicimus, quia omnis potestas mundi et per consequens obediencia eius-
dem, cum sit subiecta excellenciori potestati et obediencie iuxta illud: ‚Obedire deo oportet magis quam
10 hominibus⁵⁾, necesse habet ipsa potestas et obediencia certis limitibus mensurari, quos non excedat, sed
usque illuc duntaxat perveniat et ibi ‚confringit tumentes fluctus suos⁶⁾. In qua re transeundo ‚nubem
testium⁷⁾ illud saltem Augustini in libro ‚de natura boni‘ notari optamus, dicentis: ‚Si illud iubeat pote-
stas, quod non debes facere, hic sane contempne potestatem timendo potestatem maiorem. Ipsos

13 hic: hec.

1) Zu M. Lupáč s. F. M. Bartoš, *M. Lupáč a jeho spisovateľské dílo*, in: *Reformační sborník* 7 (1939) 115-140.

2) Offenbar der Kaplan des NvK Johannes Dürsmid, der im Böhmenbrief des NvK von 1452 VI 27 als dessen Überbringer genannt wird (s.o. Nr. 2664) und das schon genannte Memorial (Nr. 2671) mit sich führte. Das Schreiben des Martin Lupáč vom 14. Juli wäre dann als direkte Antwort auf das Schreiben des NvK (Nr. 2664) von 1452 VI 27 zu verstehen, in dem es wie in Nr. 2696 um das Thema der Obödienz geht.

3) 1 Petr. 1,14.

4) Vgl. Eph. 5,27.

5) Apg. 5,29.

6) Iob 38,11.

7) Hebr. 12,1.

humanarum rerum gradus adverte. Si quid iusserit curator, numquid faciendum est, si contra proconsulem iubeat? Rursum si ipse proconsul iubeat et aliud iubeat imperator, numquid dubitatur isto contempto illi, id est maiori, esse serviendum? Ergo si aliud imperator, aliud deus iubeat, contempto illo obtemperandum est deo.⁸⁾ Hec Augustinus. Et ponitur hec sententia in metro: ‚Nemo potestati restet nisi volenti.⁹⁾ Ex quibus manifeste patet tantam et tam laxam obedienciam, qualem et quantam domino pape fieri a nobis postulatis, nulli hominum quantumcumque sancto, docto, spiritu prophetie sublimato esse faciendam preter eum solum, qui deus est et homo, qui malum aut male nullo modo mandare potest. Cum autem dictum est: ‚Soli tantum deo debetur¹⁰⁾, tanta est sublimis obediencia. Nonne usurpans homo pro se, quod est solius dei, incidet ut sic in ydolatriam et blasphemiam? Vere perutile esset moderamen et mensura tali obediencie et similibus, ubi interdum cauda protegens, id est propheta docens mendacium in magnificencia plus quam oportet, auctoritatis prelatorum culpabiliter excedit mensuram sanctuarii. Quodsi quis forte hiis verbis stimulatus dyxerit in omni tale obediencia infra divinam necessarie subintelligi condicionem, quod apud prudentes verum est, cur, rogo ex condicione non expresse poneretur propter rescandas futuras lites, maxime cum repperiuntur eciam summi pontifices a fide appostotasse, ydolatre, heretici et scismatici fuisse et per consequens legi dei impertinencia multa pro fide tenuisse et aliis eadem mandasse?

Ceterum, ut ad compendium veniamus, obedienciam ipsi Romane ecclesie, que Rome coangustata, sed toto orbe terrarum, prout in canone misse oratur, est dilatata¹¹⁾, tenuimus et tenemus et in eadem usque mortem nostram perseverare intendimus. Si autem alicui videtur, quod in aliqua via ewangelii in moribus oberravimus, eciam illo stante, non ex hoc sequeretur nos hoc facto extra ecclesiam aut scismaticos esse, ut a nobis de novo obediencie promissio expetatur. Ecclesia bonos cum malis tanquam sagena complectitur¹²⁾, existens corpus domini malis permixtum. Nichilominus quicumque audet nos maxime de fide culpate, solum ne mole magnitudinis sue nos premat, ne se ipsum iudicem, testem et actorem, ut apud vos fieri solet, constituat, sed constituto equitatis iudice scriptura sacra, ut in ‚Compactatis‘ dicitur¹³⁾, cum et Ieronimus dicat: ‚Non afferamus stateras dolosas, ut appendamus in eis pro arbitrio nostro quod volumus, dicentes: ‚hoc grave, hoc leve est‘, sed afferamus stateras de scripturis sanctis tamquam de thesauris dominicis et in illis, quid sit gravius appendamus.¹⁴⁾ Ista inquam constituta statera veniat. Quicumque audet, et in nos errores probet. Sed qui volunt evadere et dicere, ut auribus nostris audivimus: ‚Nichil est Augustinus, nichil Ieronimus, nichil Paulus, ecclesia est‘, et ipsi soli sic loquentes volunt esse iudices, tales in causa eciam perversissima semper erunt victores et cessabit omnis disciplina argumentorum, latissimum mare sentenciarum innumerabilium ecclesie doctorum, et omnium studium scripturarum solum stetur iudicio ecclesie, id est aliquot prelatorum, et sufficit.

In Basilea fuerunt doctores, ut dicebatur, prope mille et nec unum errorem in nos probare potuerunt, sed comperto, quod veritatem christianam et ewangelicam a Christo exemplatam pro fundamento habemus, illi locum dederunt, laudaverunt utilemque et salutarem ore et litteris patentibus predicaverunt. Et vos audetis ‚os in celum ponere¹⁵⁾ et se tot et tantis doctoribus, ymmo Christo hanc veritatem auctorisante, preferre, ut nos seductores et erroneos regnique incolas seductos omnes vocare non erubescatis? Estne hoc preparatorium introitus vestri ad regnum, est hoc predispositum regnicolarum ad placitandum

15 aliud: aliquid. | isto: illo.

⁸⁾ Augustinus, *Sermo LXII c. 8*, ed. Migne, PL XXXVIII 420f.; ed. P.-L. Verbraken, *Sancti Aurelii Augustini Sermones in Mathaeum I (CCSL 41 Aa)*, Turnhout 2008, 302-304. Die Zitierung erfolgt nicht ganz wörtlich; aber ohne Sinnänderung.

⁹⁾ Nicht identifiziert.

¹⁰⁾ Vgl. Isidor von Sevilla, *Etymologiae VIII 11,11*, ed. Canale I 674.

¹¹⁾ Das Gebet ‚Te igitur‘ im Messkanon.

¹²⁾ Vgl. Augustinus, *In Iohannis Evangelium Tractatus 122,9 ad Job. 21,11*, ed. R. Willems (CCSL 36), Turnhout 1990, 674f.

¹³⁾ So mehrfach: iuxta *bzw.* secundum sacrae scripturae *bzw.* scripturae sacrae sententiam; *Mansi XXXI 275A-C; MC I 496f.*

¹⁴⁾ Augustinus, *De baptismo contra Donatistas II 6, 9*, ed. Migne, PL XLIII 132. Zuschreibung an Hieronymus nach Gratian C. 24 q. 1 c. 21, ed. Friedberg I, Sp. 973f.

¹⁵⁾ Ps. 72,9.

vobiscum talibus blasfemiis et venenosis iaculis exacerbare corda fidelium? Reputamus, quod nec ipse summus pontifex hanc prudentiam vestram commendaret. Si tamen legatus missus estis ad hoc inclitum regnum¹⁶⁾, quodsi nos tunc verisimile est, quod ex proposito statuistis solum circumvolando animos
55 regnicolarum hoc dulci amore exasperare et vobis aditum precludere?

De ‚Compactatis‘ quibus sensum toto collato ingenio modo dare nisus estis, secure dicimus, quod ‚Compactata‘ non intelligitis et in superficie tantum teritis, ignorantes rationes dictorum, cum Hylarius dicat libro primo ‚de trinitate‘, quod ‚optimus est lector, qui dictorum intelligenciam expectat potius ex dictis, quam imponat, et retulerit magis quam attulerit.‘¹⁷⁾ Et utinam dono dei offeret se quandoque
60 securam collatio super hiis vobiscum altercandi. Luce clarius agnosceretis, quod ‚Compactata‘ sinistre glozatis, honori regni et fidei excessive et sine robore minus iuste derogantes. Et nisi deferrimus potestati, que a deo, sciremus vobis simile criminale destinare. Sed absit, ut talibus semitis gradiamur. Nec dominus cardinalis nec totus mundus nos ab ecclesia catholica et apostolica separabit, nisi ipse Christus, qui habet clavem David, qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit¹⁸⁾, nos de templo suo
65 eicerit.¹⁹⁾ Propterea ‚Compactata‘ interpretari nosse magis esset eorum, quorum erat ea condere? Et ubi fraus ex parte audientis versatur, verba ad intencionem proferentis sunt referenda, cum ‚verba ideo sunt instituta, ut non per ea se invicem homines fallant‘; et est XXII q. (II c.) ‚Ex hiis autem.‘²⁰⁾ O si dominus legatus diligenti trutina rationis animadverteret verbum multo honore dignum in ‚Compactatis‘ positum, ubi dicitur: ‚Illi et ille‘, id est Bohemi, ‚qui talem usum habent, communicabunt sub utraque²¹⁾ specie
70 auctoritate domini nostri Jesu Christi et auctoritate ecclesie‘, vere ‚sponse‘ sue.²²⁾ Forte Bohemos auctoritate vere sponse Christi sub utraque specie communicantes extra ecclesiam esse non sentenciaret, sed potius digitum ori suo imponeret. Vel quo modo verisimile est communicare quemquam auctoritate ecclesie et extra ipsam ecclesiam esse, quis umquam sapientum hoc dicere auderet? Ad pauca respicientes de facili paralogisantur. In prima facie ‚Compactatorum‘ verba de ‚universali ecclesia‘²³⁾ legistis, sed
75 ad ulteriora iam dicta non respexistis. Videte, ne forte ipsi legati concilii, qui vobiscum ‚Compactata‘ condiderunt, sint magis saltem iuxta estimacionem vestram ex negligenciam decepti, qui, si dolose egerunt, et nos illo primo verbo esse extra ecclesiam universalem significare voluerunt. Deo ‚os asine‘ dirigente²⁴⁾ factum est, ut nos in unitate ecclesie, vere sponse Christi, esse faterentur. Cuius auctoritate nos sub utraque specie communicare ore et literis confessi sunt. Nos autem non putamus ipsos legatos
80 concilii talem intencionem dolosam circa verba ‚universalis ecclesie‘ habuisse nec nos quantum ad hoc deceptos esse. Stat enim utrumque esse verum ad sensum ‚Compactatorum‘, videlicet et nos ritu communionis utriusque speciei non esse conformes universali ecclesie et esse nichilominus in unitate ecclesie, vere sponse Christi, que facillime discerni possunt apud eum, qui habet noticiam universalis ecclesie.

Et utinam dominus legatus berillo cordis cooperante inspiceret²⁵⁾, quid cause sit, quod his duplex
85 dicitur ecclesia. Primo enim nominatur verbis nudis et rasis tantum universalis ecclesia, cum dicitur ‚fidei et ritui universalis ecclesie conformibus‘²⁶⁾ et id est gloria vestra. Secundo autem nominatur ecclesia vera sponsa Christi, cum dicitur: ‚Illi et ille‘, id est Bohemi et Moravi, ‚communicabunt sub‘ utraque ‚specie auctoritate domini nostri Jesu Christi et auctoritate sponse‘ vere Christi.²⁷⁾ Et hec est gloria nostra. Scriptum est: ‚Intelligencia dictorum et ex causis dicendi est assumenda‘, extra de verborum significatio-

67 Ex: Et.

¹⁶⁾ S.a. Nr. 955.

¹⁷⁾ Hilarius, *De trinitate* I 18, ed. P. Smulders (CCSL 62), Turnhout 1979, 18f.

¹⁸⁾ Apoc. 3,7.

¹⁹⁾ Vgl. Job. 2,15.

²⁰⁾ C. 22 q. 2 c. 4 § 1, ed. Friedberg I, Sp. 867f.

²¹⁾ In den Prager Kompaktaten heißt es statt sub utraque *usm.* sub duplici *usm.*

²²⁾ Mansi XXXI 274A; MC I 496.

²³⁾ Bohemis et Moravis suspicientibus ecclesiasticam unitatem et pacem ... fidei et ritui universalis ecclesie conformibus; Mansi XXXI 273D-274A; MC I 496.

²⁴⁾ Vgl. Num. 22,28.

²⁵⁾ Entsprechende Bedeutungen des Beryll sind zusammengestellt in b XI,1 (De beryllo) 91-93.

²⁶⁾ S.a. Anm. 23.

²⁷⁾ S.a. Anm. 22.

ne ‚Intelligencia‘²⁸⁾ Et quia causas dicendorum, ac quid conderentur ‚Compactata‘, neglexistis, non 90 mirum, quod negligenciam dictorum ignoratis.

Ad reliqua vestra artificialiter et exequisita, id est non pacis, sed dissidionis, non amoris, sed rancorum provocativa, fortasse ab aliis magis exacte vobis respondebitur. Ex quibus iam probabilius de vobis terminetur, quod prius sola fama estimabatur, ne sic nimis emugendo eliciatis sangwinem et ne huius rei causa magis legatus sitis principaliter quam alterius. De cetero monachum de Capistrano sathane saluta- 95 bitis salutacione digna meritis. Iam per plura annorum curricula nequissimus contra hoc inclitum regnum multi generis ignea tela fulminando modicum fructum reportavit, sed tunc quidem de pharetra, nunc autem de capisterio venenoso dolii mendacii et astuciarum pleno unam subulam ex parte pungitivam istuc destinavit. Utinam dimisso refugio sub palio domini pape vel saltem intermisso auferet congregari monachus de scripturis simpliciter, secundum quod moris erat antiquorum Christianorum, non uni 100 tantum concedendo auctoritatem interpretandi scripturas, cum beatus Augustinus multo clarius et melius interpretatus sit quam multi pape, sed iudice equissimo veritatis constituto lege dei, praxi et apostolorum et ecclesie primitive, vere sponse Christi. Dicit enim Augustinus in libro primo ‚de trinitate‘: ‚Primum secundum auctoritatem sanctarum scripturarum, utrum se fides ita habebat demonstrandum est.²⁹⁾ Sed monachus, qui erubescit et irascatur dici monachus, caute ludit, ut nulli modo vinci possit. Tantum uni, 105 de quo securus est, auctoritatem interpretandi sacram scripturam et omnem mundi causam decidendi superexcellenter concedit. Et ideo audacter, ampulose et confidenter loquitur. Veniat in palam et conformitate ecclesie primitive declaret fidem et cappam suam esse licitam. Dum in generali congregacione concilii quereremus, si religiones private possint honeste in sacra scriptura fundari, respondit concilium per quendam monachum, quod fundantur in illo verbo: ‚Erant duo in lecto, unus assumetur et alter 110 relinquetur.³⁰⁾ Et movit, estimo, iste monachus maiori parti risum, ignorans pauper, quod sensus mysticus, qui non est literalis, in scripturis nichil probat.

Datum Clatowie feria sexta post Margarethe, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, gubernacionis vero magnifici Georgi de Podiebrad, regnum inclitum solemniter gubernantis, anno primo, nostro sub secreto. 115

104 auctoritatem: auctoritates. | ita: *folgt nochmals* fides.

²⁸⁾ X 5.40.6, ed. Friedberg II 913.

²⁹⁾ Augustinus, *De trinitate I, II 4*, ed. W. J. Mountain (CCSL 50), Turnhout 1968, 31 Z. 11-13.

³⁰⁾ Lk. 17, SBC|So|Do|Io|SB142|P2|@38215576S} 4.